SCHEMA XIII. Subcommissio: De signis temporum
Praesidente Exc. D. MC GRATH
A secretis DELHAYE

GS/8

Adunatio Prima: Feria sexta 11 septembris 1964
Tria studia praevidentur
1° Elucidatio notionis "Signa temporis": Sic praepararetur nota ad praecavendas objectiones Patrum
2° Descriptio horum signorum, praesertim in regionibus extra europeanis
3° Examen textus schematis et annexorum ad inveniendos locos ubi insererentur elementa magis spectantia signorum extra europeanorum

PRIMUM PUNCTUM. DE SIGNIS TEMPORUM NOTIONE

Primo leguntur textus Johannis XXIII (Pacem in terris) et Pauli VI (8 sept 64) ubi apparet haec notio et quandoque ubi additur notio signum Dei.

Post discussionem, Praeses proponit has distinctiones vel stadia in examine signorum

a) Primo observantur, quasi phenomenologice, facta sat universa et significantia ut exprimentia tendentias, conatus, spes, expectationes sat sparsas. Paulus VI hic ~~notat~~ indicat: i bisogni degli uomini, i fenomeni della storia. Johannes XXIII sic notabat factum ~~socialis~~ socializationis vel promotionis femineae antequam iudicium de eis ferret.

b) Examinata in luce Evangelii, haec facta apparent ambigua ut mundus ipse. Possunt ~~uti~~ ad bonum promovendum, ad malum quoque procurandum. Haec ambivalentia valorum notabatur quoad multa puncta schematis v. g. de progressu, de pecunia, de re politica industriali etc

c) Sensus bonus perceptus in signo temporum apparet tandem ut signum Dei et sic est quasi elementum profundius huius signi. Sic ~~apparet~~ sese manifestat, ut aiebat Paulus VI voluntas Dei, praesentia Eius operans in hoc mundo. Haec actio divina non amplius nec tantum est permissiva (Gagnebet). Finaliter haec actio tendit ad salutem ut patet sed non excluditur finis secundarius, sic dictae a S. Thoma beatitudinis imperfectae huius vitae

d) Tandem, suggerente P. Gagnebet, proponitur haec formula commentatoria: "Les signes des temps sont des phénomènes ~~universels~~ assez généraux à l'échelle mondiale ou plus restreinte, caractéristiques de notre époque, par lesquels se manifestent les besoins et les aspirations de l'humanité présente. L'Eglise doit y répondre ~~pour ce~~ parce qu'ils traduisent une volonté divine sur l'étape actuelle de l'histoire du salut"

SECUNDUM PUNCTUM: INQUISITIO DE SIGNIS TEMPORUM (à suivre)

PATRIMONIO UC

D. Helder: más facil decir los signos que juzgarlos si son o no de Dios.

PATRIMONIO UC